



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XCIV. Romana transactionis. De eade[m] theorica Cumani, An scilicèt vocatio proximioris sit per vulgarem, ac terminet in primo, vel sit per fideicommissariam cum tractu successivo. Et de ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ac totalitatem hereditatis denotantibus, & concepta per verba indefinita non extantibus descendentibus ex fœminis, quos proinde conjectura est cenferi per necessarium antecedens prius vocatos esse; Septima, quæ potius probatio quam conjectura dici poterat, resultans ex ea dispositione, quod vocando hunc proximiorum masculinum descendentem ex fœmina, dixit eum vocare cum eisdem substitutionibus, quæ præcedenter aliis vocatis in iuncta fuerant, ergo voluit eas habere tractum successivum, & non terminare in primo; Octava, quia sæpius verba prohibitiva direxit in omnes tam dispositivè quàm conditionaliter vocatos, & sic præsupposuit vocationem eorum, quos posuerat in conditione, quales erant omnes per fœminas descendentes, dum in eorum omnimodum defectum transitum fecerat ad dictam lineam extraneam; Nona resultans ab exclusione Religiosorum & Monasteriorum; Décima à tam stricta prohibitione detractionum etiam legitimæ, Et aliæ ex pluribus aliis dispositionibus fideicommissum perpetuum ac successivum nimis clarè convincentibus.

Objiciebatur per alteram partem, quod dicta testatoris dispositio super interpretatione faciendâ in casu dubio pro fideicommissi existentia & duratione adjecta solum fuisse in prohibitione alienationis; Verum facilis erat responsio ex solo facto, dum litteraliter dicitur *in quocunque casu &c.* verbum enim *quicunque* est generale non restringendum ad unum casum tantum.

Prout circa observantiam, tam Julii, quàm ejusdem Paulæ tanquam tutricis pupilli ultimi defuncti Respondebatur, partium eruditionem non esse aptam ad inducendum fideicommissum, ubi verè non adest, Sed pariter facilis erat replicatio, quod hujusmodi propositio rectè procedat, ubi certa & elata est fideicommissi non existentia, secus autem ubi probabiliter dubitari potest, quoniam tunc observantia deferendum erit tanquam interpreti, vel tanquam conjecturæ & adminiculo cum aliis jungendo; Ac etiam quia omnes istæ responsiones & aliæ, quæ singulis conjecturis, & argumentis dabantur, rectè procederent, ubi ageretur de eis singulariter ponderandis, secus autem unitim ut supra.

Magnum, ac efficacius per alteram partem constituebatur fundamentum in argumento repugnantia deductæ ex eo quod testator dicto proximiori ex fœminis descendenti, ejusque descendentibus in casu alienationis, vel alterius contraventionis substituit pariter alterum proximiorum descendentem ex fœminis, ergo dicebatur vocatos non esse omnes, sed unum tantum; Verum ineptum videbatur hoc argumentum tunc procedens, quando omnes ex fœminis descendentes ordine simultaneo vocati essent, secus autem ubi vocatio restricta est ad unum, cum tunc rectè sit compatibilis super existentia aliorum de eodem genere, non successuri nisi extincta linea illius, qui prius vocatus ac admissus est, & quorum successio dupliciter contingere poterat, vel in casu mortis post cessatam lineam primò admissam, vel etiam ea durante ex causa contraventionis; Et nihilominus dicebam hoc argumentum deductum ex quadam subtili verborum glossa & interpretatione, in substantia esse argumentum seu conjecturam unicam, non aptam prævalere tot aliis in contrarium urgentibus, ex quibus saltem casus remaneat dubius, capax proinde dictæ interpretationis, quam ex-

presè testator voluit fieri pro fideicommissi qua declaratione iuncta cum observantia mea intellectus acquiescere non poterat, quæ dubitationi habitæ in ista causa, & Licet auctoritate *Surd. conf. 380. n. 24. & seq.* per partem diceretur, quod istud præceptum super interpretatione cadat in casu dubio, quæ interpretatio, non autem in claro, in terminis non intrat, in dubitatum tamen videbatur, saltem ex præmissis, casum dici non adeò clarum, ut incapax esset interpretationis testator expressè providere voluit.

## ROMANA TRANSACTIONE

PRO  
MIGNANELLI  
CUM  
GABRIELIBUS.

*Casus disputatus coram A. C. rescripto  
pro Mignanellis.*

De eadem theoria Cumanis, An sit  
vocatio proximioris sit per  
rem, ac terminet in primo,  
per fideicommissariam cum  
successivo.

Et de transactione inita per heredes  
gravatum & primum fideicommissarium,  
qui successionem sperat  
super futura spe eventuali, An  
ciat successores fideicommissarii  
venientes jure proprio indepen  
ter à transigentibus.

S Y M M A R I U M.

- 1 *Acti series.*
- 2 *In articulo an transactio liget successores  
vendum est ab Hispanis, & de ratione.*
- 3 *Traditur theoria super dicto articulo.*
- 4 *Ponderatur duplex species concordæ.*
- 5 *De compositione super futura spe eventuali  
an afficiat successores.*
- 6 *Distinguitur inter patrem, & extraneum.*
- 7 *Ex quibus bona fides in transigentibus arguitur.*
- 8 *De theoria Cumanis, an vocatio proximioris  
terminet in primo, vel habeat effectum  
cessivum.*
- 9 *Ponderantur conjecturæ & circumstantiæ  
quas substitutio potius judicanda est  
ris quàm fideicommissaria.*

D I S C. XCIV.

Insignis I. C. Hieronymus Gabriel Enggelen  
Urbe Advocatus Consistorialis, & Consistorialis  
Author, in ejus testamento, instituto herede  
lo ex germano fratre nepore quem in filium  
taverat, eidem filios, ac descendentes masculinos  
in infinitum substituit & casu quo Carolus de  
absque masculis, substituit descendentes  
Alexandri ejus fratris, in quorum etiam debet  
in quadam parte vocavit filios vel descendentes  
millæ sororis dicti Caroli instituti successores  
susceptivos ex Com. Gabriele de Gabrielibus  
viro, cum pluribus conditionibus & legibus  
non facientibus.

Sequuta morte testatoris, inter dictum Carolum heredem institutum, & Joannem Baptistam ex prædictis Emilia & Gabriele susceptum, deventum est ad transactionem super ea successione parte, quam jure dictæ substitutionis præfatus Joannes Baptista ejusque descendentes sperare possent in casu extinctionis lineæ masculinæ, tam dicti Caroli quam Alexandri fratris, qui tunc duos filios masculos habebat, assignatis dicto Joanni Baptistæ ejusque descendentes ex nunc & cum effectu quibusdam bonis stabilibus in territorio Eugubino existentibus, loco dictæ futuræ eventualis successione; Quæ transactione effectuata, atque sequuta tractu temporis extinctione linearum masculinarum, tam Caroli, quam Alexandri, Comes Hieronymus & Raphael filii præfati Joannis Baptistæ jam defuncti, prætendentes factum esse casum fideicommissi ad eorum favorem, sibi que non obstare transactionem initam per Joannem Baptistam patrem, cujus hereditatem respuerant, judicium instituerunt contra Mignanellos Caroli heredes, ac bonorum possessores.

Et introducta causa coram A. C. ad duos punctos restringebatur disputatio; Unum nempe, an vocatio filiorum vel descendentium Emilie esset per vulgarem, itaut terminaretur in Joanne Baptistam primo succedente juxta theor. Cum an. in l. cum ita § in fideicommissis ff. de legatis secundo, vel potius esset per fideicommissariam cum tractu successivo ad favorem omnium descendentium; Si enim esset juxta primam partem, nullum jus actoribus compererat ex persona propria, eisque tanquam Joannis Baptistæ patris heredibus obstabat transactioni; Si verò esset juxta alteram partem, tunc intratabat secundum punctum, An transactio facta per primum vocatum præjudicet successoribus ex persona seu jure proprio venientibus, atque super utroque puncto singulariter ac distinctè considerato, utriusque partis defensores magnum faciebant cumulatum allegationum, præsertim verò in secundo transactionis non præjudicantis successoribus, in sistebant in auctoritate plurium Hispanorum, de quibus ad satietatem *Casill. 3. tom. contror. cap. 36 §. 8.* negativam tenentium, & ex quorum auctoritate iudex valde dubitabat; Prout ex aliquibus conjecturis, ob quas ex ejusdem *Cumani* originali theoria receditur à regula per eum constituta, satis etiam dubitabat quod vocatio censenda esset per fideicommissariam potius quam per vulgarem.

Pro reis conventis Ego scribens, dicebam istos duos articulos non esse ita abstractè disputandos, perinde ac si de eorum singulis agi contingeret, præsertim verò primum, quoniam si essemus in casu regulæ stantis pro vulgari in exclusionem fideicommissariam, tunc inanis labor esset agere de transactione, sine qua possent per non jus repelli actores nullum titulum habentes possidendi bona stabilia jure dictæ transactionis quæsitæ per Joannem Baptistam, cujus hereditatem respuere professi erant, sed advertebam eos esse insimul ponderandos, unum nempe coadjuvativè ac famulativè ad alterum, cum ita resultaret, ut pro reis conventis (etiam inspecta veritate) omnino respondendum esset.

De illis autem agendo ordine præpostero, & sic prius de secundo transactionis, dicebam constituendam esse prius theoricam, An scilicet & quando transactio inita cum primo vocato liget successores, deinde que agendum esse de primo, ad

*Cardin. de Luca de Fideicommissis,*

effectum applicationis, seu inspiciendi, an in una vel altera distinctionis parte versaremur.

Quatenus igitur ad dictum transactionis punctum pertinet, cavendum in primis monebam à traditionibus Hispanorum, de quibus ad satietatem *Casill. loco citato*, non quidem ex defectu doctrinæ, sed applicationis, cum ipsi loquantur in terminis illorum primogenitorum, ac majoratum peculiaritatem naturam seu qualitatem habentium, cum quibus, vel ob formam erectionis cum Regia auctoritate, vel ob leges particulares regionis, quæcumque conventio absque eadem Regia auctoritate prohibita est, ad instar eorum quæ habemus in feudis, ex deductis in *Camerinens. Casrorum sub tit. de feud. dist. 49.* ut ex eisdem auctoritatibus liquet, Ideoque in istis fideicommissis vel majoratibus Italiae, ex privata solum testantium auctoritate erectis diversimodè procedendum est cum solis regulis juris communis, seu cum receptis traditionibus nostrorum Doctorum & Tribunalium præsertim Rotæ.

Istis autem attentis, quicquid aliqui variaverint, illam hodiè receptam ac veram habemus theoreticam ut totum pendear à puncto bonæ vel malæ fidei, cujus inspectio pendet à probabili vel improbabili dubietate, quæ haberetur de puncto controverto, super quo transactio emanavit; Si enim ageretur de re nullatenus vel parum dubia, sub cujus prætextu jure transactionis alienata essent bona vel jura probabilem litis eventum notabiliter excedentia, & tunc transactio non ligat successores jure proprio venientes, quia in effectu dicitur voluntaria alienatio sub transactionis vocabulo palhiata, & hic est casus de quo in *Bononiens. fideicommissi de Blanchis coram Rotas inter suas decis. 287. 312. & 343. & in Romana fideicommissi de Maximis 11. Januarij 1649 coram Cero dec. 272. par. 10. rec. cum similibus.*

Secus autem econverso, ubi lis percutiens existentiam, non autem pertinentiam fideicommissi esset ita dubia, quod primò vocatus, seu ille ad quem tunc fideicommissi administratio ac defensio pertinebat, probabiliter timere posset de jactura & malo causæ exitu, quoniam tunc prudenter, ac benè pro seipso & successoribus facere dicitur, asscurando partem potius, quam exponendo totum periculo, ut ita distinguendo, ex *Peregr. Fusar. Cyriae, & ceteris* de materia tractantibus sæpius firmavit Rota, & præsertim in *Romana successione de Comitibus 26. Junij 1647. & 26. Junij 1648. coram Ghulerio, impress. dec. 44 & 48 post Censal. ad Peregr. in Romana fideicommissi de Parisanis 27. Junij 1650. Celso inter suas decis. 101. decis. 322. n. 7. part. 12. rec. & frequenter in aliis, ut non semel deductam habetur hoc eodem tit. in illo de *emphyteus* & alibi, & d. *discour. 49 sub tit. de feud. & alibi.**

Quod claram habet rationem, quoniam transactio de jure dicitur species rei judicata: ad text. in l. non minorem C. de transact. cum concordantibus; Unde quemadmodum sententia lata cum primo vocato, seu tunc legitimo fideicommissi possessore vel defensore, quoties de illius clara injustitia & collusionione non constat trans in judicatu, etiam in præjudicium successorum jure proprio venientium, tanquam lata super statu cum legitimo contradicatore, sic à pari; Et in summa totus punctus est, an ille cum quo transactum fuit, prudenter ac benè gesserit partes legitimi defensoris vel administratoris necnè.

Est benè verum quod hujusmodi theoricæ ac auctoritates, aliæque de materia tractantes, verè & propriè percipiunt casum in quo deducta esset

ad controversiam existentia fideicommissi, cujus cessationem in toto vel in parte qua disputatur, unus prætendat alter verò prætendat existentiam & durationem, atque super hac lite jam ad forum deducta vel imminente transigatur, dimittendo partim prætendenti libertatem, & partim retinendo vel acquirendo pro fideicommissio; Sed verè & propriè non erat iste casus præsentis controversiæ, quoniam de tempore quo ad transactionem devenitum est, nulla, nec actû, nec habitu imminere lis, sine qua transactio non datur, cum durantibus lineis Caroli & Alexandri tunc existentibus, nullum jus Joanni Baptistæ, vel ejus filiis competere, & e converso factò casu extinctionis dictarum linearum primò vocatarum, tunc istorum vocatio erat litteralis & clara non admittens litem.

Hinc proinde advertendam, quod non versabamur in vero casu transactionis, sed potiùs in casu cujusdam conventionis quàm *accordium*, seu *partitum*, vulgò dicere solemus, tanquam speciem emptionis & venditionis si utraque spei contingibilis, seu futura incerta aleæ, quia nempe gravatus, ut bona à gravaminis nexu liberaret, super illa futura spe, quæ poterat in ulteriori vocato per ejus prædecessum non contingere, se componat, solvendo dictæ spei probabile ac proportionatum pretium juxta præcisum casum de quo in *Signina Castrorum*, decis. 12. 292. 320. & 323. par. 6. rec. ubi Cardinalis Salviatus, cui quoadcumque morienti substitutus erat Dux de Comitibus in quibusdam castris & bonis, solita quadam summa, dictam futuram spem à dicto fideicommissario emit, liberationem reportando.

In his autem terminis, quos verè allegatæ autoritates non percutiunt, adhuc, cum sensu etiam veritatis, procedendum esse dicebam cum eadem distinctione seu distinctionis ratione, inspiciendo scilicet, an prudens ac laudabile consilium primò vocatus, tam pro se ipso, quàm pro successoribus susceperit, ita ex nunc & de præsentibus obtinendo certitudinaliter aliqua minora bona loco illorum majorum, quæ poterant ob eorum præmorientiam nullatenus obtineri atque, ut vulgò dicitur, habere potiùs hodie ova certa, quàm cràs gallinam incertam juxta *glos. in l. cum hi verb. modicum presentis ff. de transact. Dec. conf. 474. n. 4. Surd. conf. 451. n. 32. Et in specie etiam de Ecclesiis substituta, ut possit aliquo accepto transigere super fideicommissio eventuali Bald. in l. 1. n. 11. C. de pact. Rovit. conf. 89. n. 2. & 6. cum sequen. volum. 2. bene Rota in Bonon. transactionis 27. Februarij. 1640. coram Verospio, quæ istos terminos magis proximè percutere videtur; Et sic videtur materia potiùs facti quàm juris, prudentis judicis arbitrio ponderanda, an scilicet primus bonum ac prudens consilium pro successoribus ceperit, atque partes providi & prudentis patris familias gesserit, nec ne, quod totum penderet ex facti circumstantiis, majorem vel minorem verisimilitudinem inducentibus non spectato quid deinde casus dederit, cum eventualibus, casualis contingencia non habeatur in consideratione, sed attendatur tempus initi actus ad text. in l. de fideicommissio C. de transact. ubi communiter scribentes collecti in d. *Signina Castrorum* p. 6. recen. & in allegata Bonon. transactionis coram Verospio.*

Quod eo magis pro validitate actus recipiendum est, quoties ille qui translegit est pater, qui tam suum, quàm filiorum ac descendantium negotiorum gerat, cum præsumptio sit ut potius bonum & prudens quàm malum consilium pro filiis

& descendantibus suscipere voluerit, ac etiam dicitur eorum legitimus administrator; Sed tamen ubi est extraneus, in quo præsumptio et ad præsentem sui commodum potius attendendo, non curaverit de interesse successorum in summa dicatur, ut dictum est, quævis tamen tunc quàm juris.

Quo posito, atque applicando ad casum presentem dicebam Joannem Baptistam prædictum, ejusque filios & descendantibus gessisse nihil supponeret cum tunc consilium de quo malo fortunæ statu, ejus nobilitati innotuit ita prudenter futuram incertam spem, quæ rat non contingere ob verisimilem longam majorem durationem lineæ masculinæ prædictæ Alexandri, qui tunc duos habebat filios masculinos lida & robusta ætate, commutavit cum rebus præsentibus, ita se, ac filios, & descendantes relictos & provisos cum notabili parte bonorum stabilium in patria existentium.

Et clarius, (quod verè hujus conventionis nisi istam justitiam convincit,) quia ex prædictis in factò docebatur, quod factis conditionibus, tam legalibus, quàm accidentibus, portio, quam post casum fideicommissi adiret vel eorum descendantes præterdere poterat, adæquabat, vel notabiliter non excederet rem illorum bonorum, quæ præventivè prædicta & eventuali futura spe data fuerant, idem sensu etiam veritatis, dicebam clarum verborum conventorum justitiam, qualem prædictus pro eis pronuntiando, quamvis ad hoc non acquiescentes committi curaverunt appellacionis in Rota abique prosecutione adhuc.

Hinc superfluum dicebam inspectionem puncti super *theor. Cumani*, cum ad illam non oporteret, quando data fideicommissi conditione, concordia non esset obligatoria successore jure proprio venientium, ad effectum scilicet aliud jus non habentes nisi hæreditarium Joannem Baptistam transigentis, non possent illius fideicommissum pugnare, secus autem dum posito etiam proprio, actus eos ligat ut supra; Et nihilominus dicere dicebam hunc punctum esse dubium ad idem effectum substantiendi dictam concordiam spectu actorum duplicem in certitudine certam, Unam scilicet, quod casus ob majorem rationem lineæ prædictæ potuisset non contingere, Et alteram, quod ubi contigisset, et Joanne Baptistam, poterant etiam transigere, si vocatio juxta regulam esset permissa, cum ita bona ex hujusmodi successione tanquàm in dicto primo successore effectiva tanquàm in dicto primo successore effectiva, poterant per creditores ab solvendo concordiam assecurata sunt, dum declaratum habere jure fideicommissi conservari, idemque expliciter actus remanet prudens ac profectus bona fides in Jo. Baptistam transigente non nocitur.

Quod autem probabilis pro regula, quæ limitatione respondendum esset, dicebam non solum concurrere assentientiam ejusdem regulæ allegare sufficit ut fundata dicatur intentio, donec perfectè probetur in contrarium, ratio ex deductis per Mantie. decis. 25. n. 4. Bonon. xiom. 198. Sed etiam quia eidem regula ad plures conjecturæ & circumstantiæ factis probabiles, non quidem ad illam firmam, non

dato contrario, illa simpliciter & absque alio adjecto hodie certa & recepta, ut pluries in precedentibus deducum habetur, sed ad offuscandas seu debilitandas conjecturas pro limitatione urgentes, ut eis invicem debilitatis; firma remaneat regula, vel casus reddatur ambiguus, quod sufficit, ut in dubio respondendum sit pro excludenda fideicommissi duratione, quia semper capienda est ea pars, quae pro libertate viget, multo que magis non ad effectum judicandi super libertate; sed ad effectum inducendi bonam fidem, ex probabili dubio resultantem pro validanda concordia, ut etiam successorum esset obligatoria, ut supra, &c.

Circumstantiae autem erant, Primò discretiva, quod scilicet ubi testator per fideicommissariam successivam ad favorem omnium disponere voluit, fecit ac expressit, igitur ubi non dixit, signum est, quod noluit &c. Altera precedentis corollaria, quod testator erat insignis Jurisconsultus has materias optime callens, testatoris enim qualitatem super ejus voluntate investiganda satis attendendam esse dictum fuit in Romana fidei. de Glorierijs coram Emerix de qua discursus 41. & pluries in aliis; Et potissimè quia idemmet in ejus consiliis praesertim conf. 121. num. 13. l. 1. & conf. 106. num. 29. lib. 2.

Comani traditionem pro regula constituit ad praesumendam magis vulgarem quam fideicommissariam; Et tertia demùm, quod neglexit contemplationem agnationis, quae frequentius etiam in familiarum descendentes haberi solet per modum fidum, per cujus inductionem magis enixa contemplatio arguitur ex deductis in Bononien. fideicom. de Barberijs, Decembrii. 1650. coram Covrado dec. 95. par. 1. rec. & sepius in precedentibus; Ubi enim dicta contemplatio concurrens, tunc quaelibet aliae quamvis leves conjecturae admittuntur ad limitationem; Ubi vero illa cessat nimis urgentes de considerantur, praesertim in transversalibus, in quibus strictius proceditur quam in descendentes, ut pluries in precedentibus ad hanc materiam.

Hinc proinde duae conjecturae, quae per alteram partem in contrarium ponderabantur, una scilicet vocationis descendendum per nomen collectivum, & altera ex verbis tractum temporis denotantibus, satis considerabiles reputari solent, quando cum eis concurrens praedicta altera efficax conjectura contemplatae agnationis, secus autem ea cessante, ac fortius ubi aliae urgent contrariae ut supra, Et nihilominus ad effectum de quo agebatur sat esse dicebam, ut fideicommissi praesensio deducere ex conjecturis, ut illud dubium ac incertum dicatur justè capax concordiae, semper enim fideicommissum dicitur dubium ubi oculis corporeis non legitur, sed illud ex conjecturis deducitur, ut decis. 189. n. 16 par. 7. recen. Bonon. fideicommissi seu successione de Barbettis 19. Junij 1654. Bichio, & in aliis frequenter.

**I A N U E N .**  
**PRIMOGENITURÆ.**  
PRO  
MICHAELE IMPERIALI PRINCIPE  
FRANCAVILLAE  
CUM  
MARIA FRANCISCA IMPERIALI  
&  
JOANNE BAPTISTA GRIMALDO.

Responsum juris.

Ad materiam textus in l. haeredes mei §.  
Cardin. de Luca de Fideicommiss.

Cum ita ff. ad Trebelli. Quando scilicet numerus pluralis resolvatur in singularitates, & quae conditio in persona plurium adjecta sufficiat, ut in singularis verificetur.

Et de materia reciprocae substitutionis inter plura substitutorum genera, quando intret, nec ne; Et an detur in primogenituris vel fideicommissis ordo successionis retrogradus, itaut de secundo ordine fiat reversio ad primū, vel potius de secundo fiat transitus ad tertium, & sic successive.

S Y M M A R I U M.

- 1 Acti series.
- 2 Numerus pluralis an resolvatur in singularitates regulariter affirmativè.
- 3 Limitatur §. num. 8.
- 4 Quando attendi debeat propositio de primogenitura non stante in suspensio.
- 5 De reciproca linearari.
- 6 Distinguitur materia reciprocae linearis cum distinctione casuum.
- 7 In fideicommissariis successionebus non datur ordo retrogradus a secundo substituto ad primū, sed a secundo ad tertium.
- 8 De limitatione, de qua num. 2.
- 9 An & quando inter plures lineas intret jus accrescendi, si non intret reciproca.

D I S C . X C V .

Ioannes Baptista Imperialis, inter cetera in eius testamento disposita, multiplicem ordinavit faciendum ex cutis 40. m. de quo, juxta formam ab eo praescriptam completo, voluit pro medietate correspondenti masculo primogenito Læliae & pro alia medietate filio masculo primogenito Pelottæ ejus filiarum, quas in ejus familia Imperiali maritari debere mandavit, & sic successive de masculo in masculum ordine primogenituræ donec extarent; Non extantibus autem dictis masculis, vel quia non nascantur, vel quia deficient, tunc in medietate deficiente vocavit Bartholomæum ejus filium naturalem ejusque filios masculos cum eodem ordine primogenituræ prius legitimos, deinde bastardos, quos etiam in in toto vocavit, si utraque dd. filiorum linea masculina deficeret.

Extinctis vero seu non non cepris omnibus dictis lineis, voluit ad perceptionem medietatis dicti multiplici admitti primogenitos Andreae fratris ipsius testatoris, & ad aliam medietatem primogenitos Vincentii alterius fratris, prius legitimos, deinde bastardos in infinitum cum ordine primogenituræ, atque in utriusque lineæ defectum voluit ad medietatem admitti filias feminas dictarum Læliae & Pelottæ ac Bartholomæi, aliam vero medietate erogari in subsidia dotalia puellarum de familia.

Lælia obiit sine prole, unde medietas devoluta est ad Bartholomæum seniores naturalem, cui successit Bartholomæus junior, quo defuncto sine masculis superstitibus Maria Francisca filia, triangularis orta est quaestio super dicta medietate à defuncto possessa, inter dictam Mariam Francisca ejus filiam & haeredem, Joannem Baptistam Grimaldum Pelottæ ex filio nepotem, & Michaelem Principem Francavillæ Andreae ex filio nepotem, utri scilicet eorum hæc successio deberetur; Atq; ex parte Michaelis de mea sententia requisitus, examinando singulorum concurrentium jura. V3 Qua-

LUCA  
e  
mentis  
at  
VI  
9